SOREX PRIMVS ORAS CHARTARVM primi libri DE REPVBLICA ECCLESIASTICA Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi D. Archiepiſcopi SPALATENSIS

corrodens

LEONARDVS MARIVS *Theologaſter Colonienſis*

A

DANIELE LOHETO
Burgundo Laudonenſi,
eiuſdem D. SPALATENSIS Ama-
nuenſi, in muſcipula captus, & eiuſdem ſcalpello confoſſus.

LONDINI,
Apud IOANNEM BILLIVM.
M.DC.XVIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

DANIEL LOHETVS

Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi

D. ARCHIEPICOPI SPALATENSIS MARCI ANTONII

De Dominis, Amanuenſis, ſuam præmittit Admonitionem.

SOlent tonſtrinarum Domini, qui officinam omnibus aperiunt, nitidiores, nobilioreſque aduenas ipſi ſuis manibus tondere, barbam, capilloſque concinnare, ac odoratis paſtillis bene lotos, tandemque aqua roſacea aſperſos, dimittere: Quod ſi quis è latrina, aut carcere prorepens,

cui plurima mento
Canicies immunda iacet, ——
Cui caput impexum fœda porrigine ſqualet,
Sexipedumque greges paſcit,

Cui canini aut aprugni dentes, cui fœtens anima, cui cutis coeno ſcabieque ſulcata, in officinam irruat, ac tonſorem poſtulet, talem certè non dignatur ipſe Dominus precioſo ſapone mundare, aut digitis ſuis attingere, ſed immundi oris beſtiam aut confeſtim foras extrudit, clauſaque porta abigit, aut pro humanitate ſua, ac ſupra meritũ huiuſmodi hoſpitis eundem ad famulum ſuum, aut vicarium vernam amandat, qui fœdum caput forfi-

 ce

LONDINI,
Apud IOANNEM BILLIVM,
M. DC. XVIII.